

4. Potestas eius potestas aeterna, qua non auferetur. Iussu profecto operatur. Auferitur ab iniustis, qui in potestatem ducuntur potestate furoris: igitur haud timent socijs inferre ex potestate mala; quasi potestas illorum esset potestas aeterna.

5. Potestas eius potestas aeterna. Id est, minime fluxa. Innuitur (ne deficiat) experientia ad potestatem regiminis, quantum valeat: equidem potestas quantumvis magna; erit furor & error absque experientia.

6. Potestas eius potestas aeterna, qua non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Corruptio regni semper ex corruptione potestatis; quae tendit in vitia, auctorata potentia, ex introductione sceleris velamine maiestatis; regnique simul exponitur venerabilis auctoritas, & non corrupta, sed aeterna potestas, quoniam regnum cum potestate corrumpitur, quando vitia uti virtutes potestate simulantur.

DIDASCALIA PRIMA.

Quodnam est quomodo ingenium charitatis, in gratiam inopis?

E Gimus; Tautolog. 3. Didasc. 1. De cleemosynae gratia, modo Didascalica de cleemosynae gloria: igitur si Fertilis interdum sterili stat mensis in agro; Messes vellem beatas.

Sed quomodo? dicit apud Chrysostomum cleemosynae imago. *Badem* (infit bomil. 7. de Penitent. tom. 5.) vincula dirumpit, tenebras solvit, ignem extinguit, ei caelorum aperiuntur porta: at veluti Regina ingrediente, nemo custodum in portis audet interrogare, qua sit, aut unde iter agat. Pen nata est enim & volueris. Ibi pennae columbae de argentata, & posteriora dorsi eius in pallore auri: aureas habens alas. Magna res est cleemosyna (subdit bomil. 9.) regina illa virtutum. Homines celerrime caelorum axes adducit, advocati optimi loco fungens. Magna res est cleemosyna: praedit aerem, transit in Lunam, Solis radios cedit, ad ipsum venit caelorum culmen, ipsos pertransiens caelos, Archangelorumque choros, & omnes Superiores potestates; ipsaque assidet regali throno. Est in mundo & est in caelo, quia statim collocatur in caelo, ac pauper gratia sublevatur in mundo: igitur modo fiat, pernix continuo ad thronum Dei super aethera volat.

1. Eleemosyna tua ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, dicit Angelus Centurioni Cornelio. Pende Ascenderunt. Supplex pro te datus Numini libellus, ubi faustus gratijs inops, & per elargitam gratiam, ad gratiae felicitatem Dei excitaret memoriam. Ultra processit favor, ut eleemosynae responderet honor. Eleemosyna non est ubi confertur, sed ubi in munerationem acceptatur; ascendisseque dicitur;

2. Eleemosyna tua ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, dicit Angelus Centurioni Cornelio. Pende Ascenderunt. Supplex pro te datus Numini libellus, ubi faustus gratijs inops, & per elargitam gratiam, ad gratiae felicitatem Dei excitaret memoriam. Ultra processit favor, ut eleemosynae responderet honor. Eleemosyna non est ubi confertur, sed ubi in munerationem acceptatur; ascendisseque dicitur;

Quomodo volat in caelum ubi habet thronum

Eleemosyna mensis beatas. Fuit. Andrei.

Chrysostom.

Imago est effigies eius.

Act. 10.

quoniam ut sparsa in mundo, illic appa-ruit in caelo. Volat, aethera penetrat, quousque perveniat ad thronum, expulsa miseria pauperum, eformatis pernicibus aliis ex divitiarum expensis: cleemosynaeque dicuntur iure ascendisse, quando egeni non egeni, quippequam (cum sublevans sublevetur, atque fursim affumatur) simulatque pauperibus cleemosyna facta in Dei conspectu ante thronum est visa, ut per volatum excusis penis ublimem, in caelo exprimeret cleemosynae acceptionem. Arator, 1. in Act. a v. 8. 48. accinit:

— *Quae verba precari, Premia ne desint virtutibus, accipe certum. Nam missus ab astris, Summi in conspectibus, inquit,*

Stant Domini, quas spargis opes. Ibi sistant, ut permanent, & te maneat, ne evanescant, facta per eleemosynas gratia; ut quae peritura, tibi peristant aeterna. His plane & plene delicata principalis Tautologia. Potestas aeterna, qua non auferatur, &c. Potestatem quid auferri & perire; ac simul aeternum esse? Sanè, ut videtur in entitate cleemosynae: equidem opes sicine evanescent in mundo, & quia pereunt, aeternum manent in caelo. A pauperibus per pietatem auferuntur, ut aeternè & in caelo conserventur.

3. Fabula Mellifera, ingenio charitatis non erit fabula: unde dicam cum Ovidio, 6. Metam. fab. 1.

— *Non omnia grandior aetas Quae fugiamus, habet.*

Preciosa ceu Absaloni, fuit olim Berenices cefaricae, quae quidem ab illa Charitatis, Amoris matri dicata, ut frater Rex Aegypti

Arator.

Dan. 7. v. 14.

Ovid.

Berenices v. 14. Thronus Caesaris.

Plin.

Iacob. Bill.

Luc. 7. 47.

Ioan. 12. 3.

Matt. 23. 7.

Augu. 8. 11.

Quae abundantibus superfluis pauperibus necesse sunt.

Tom. VIII. Taut.

pti Syriacâ potiretur victoriâ: de quo Iustia. lib. 27. & 30. Tempore capillitium faceravit, selesque in coma aestimabili dedit, quippe nullum à famina maius donum, quam capitis ornatum. Ergo comam flagrans amore corditis obrolit; sed postulidit consecrationem, ubi oblata non ap- paruit. Quapropter in blandimen Aulici, auctore Mathematico Conone, commentipre pulchritudine collocatam fuisse in celis, vocatamque novam constellationem, Comam, seu Caesarium Berenices. Ita celebravit Callimach in Poemate, Catull. Carm. 67. Sinctus in Daniel. 11. n. 32. Nofque in Ephemericis. 28. Ianuar. n. 5. & Isagog. April. n. 7. Asterismum, quem inter aeternos ignes acclamarunt Berenices Caesarium, leniunt Aegyptij; Thronum Caesaris designantur Romani. Vocant Berenices crinem item quem sub Divo Augusto cognominaverit Caesaris Thronon: insignes ibi stellas: ait Plin. lib. 2. cap. 70. Ad Ovid. 15. Metamorph. fab. 51. In sacra exivit Altrononica signa Iacob. Billius politissima Anthologia.

Astronomus quidam (sic finxit prisca vestigia) Regina abissimam vexit ad astra comam. Is tamen haud astris illam intulit: ille capillos Caelo infert, inopes qui miseratus, alit. Crinis apes, crinis flexos designat honores. Quærantur enim in templis; & quæ dicata pauperibus respiciantur in Empyreo.

4. Exemplum habemus in Magdalena, quomodo se gerit eleemosyna regina, quæ in illa tenebras solvit, ignem extinxit, vinculaque dirupit: igitur ei remissa peccata multa, quoniam dilexit multum. Illuxit namque dilectio: verum in quo excessu amoris intulavit magnitudo? Uncit pedes Iesu & extersit pedes eius capillis suis. Pedes Nonne quicquid precoritatatis, effudit super caput ipsius recumbentis: in nostrum propositum nitet Augustini tropologia, ut imitemur quod perfecit Magdalena. Unge pedes Iesu, & capillis terge (infit Tract. 50. hic.) Si habes superflua, & da pauperibus, & Domini pedes terfisti. Capilli enim superflua corporis videntur. Habes quod agas de superfluis tuis. Tibi superflua sunt, sed Domini pedibus necessaria sunt. Obijciuntur simul necessitas & superfluitas; dum exponitur sublevata paupertas. Necessitas inopum, superfluitas capillorum: deservitque miserentis splendori; quod ex superfluis adfit subsidium necessitati. Pedes Domini sunt pauperes,

capilli dicuntur opes: propriæque patres dicuntur pedes: ut opibus superfluis opus supereminat charitatis: quandoquidem eminet, gloriosaque foret; si ex superfluis eleemosynae expendantur; in eos qui super terram paupertate trahuntur. Vernaculè: *Son en los menesterosos, de lo que sobra, los socorros de charidad mas acceptos; porque por lo que falta andam siempre los pobres arrastrados.* Uade iuxta Ovid. 14. Metamorph. fab. 51.

Solus, inops, ex spes, letio panæque reliquus. Præterea. Capilli est superflui caput ornant, ponderosique non gravant quoniam quod videtur ut superfluum, est necessarium in ostentationis fastum. Sane nudi pedes; quia inopes, sublevantes pondus corporis. Sunt opes crines, ornamentum capitis. Elucet in articulo quod Magdalena dilexerit multum, dum propterea inopes descepit pulchritudinis ornamentum: igitur eximie dilectionis nobile specimen, denudari ne habeant qui pauperes nuditatem. Insigne documentum occurrit, quo Princeps thronum etiam in terris exalter. Ut caput, maiestate fedis extollitur opibus camquam crinibus ornatus, & pedes significat subditos; nudos, atque inopia prelos: expo itaque nuditas capitis, dum nudi videntur pedes; quippe summa gloria Principis (ubi pauperibus necessarium, quod superfluum) denudari propter vitam nuditatem subditorum. Hinc opes merito dicuntur crines, ut ex superfluis sine dispendio proferantur pauperes. Illi rescantur, sed crelesunt; ut sit palam divitiarum augmentum, si in egenos expenduntur: crinibusque capitis conferuntur eleemosynæ; quia in expensis cognoscantur expensæ; quippe si pedes nihil, uti nudi, possident, crines vel ad superflua radices habent. Non sentient defectum, si præstitierint auxilium: inani enim studio foverentur eleemosynis pauperes; si ab abundantibus opes cogitentur ut crines. Detondeantur, ut geomment, ac in diadema pullent: etenim si paratis obliviscitur pauperes;

Intonsos multo deturpas pulvere crines. Propius accedamus instituto, dum videmus Magdalenam neglexisse ornatum capitis, propter Iesu. Civilli pedes. Pretiosum unguentum (discipulo avaro scandalum) capillis tergens super pedes effudit, ducta dulcedine amoris. Quomodo verum, quod effuderit super caput recumbentis. Vide dicta hic Tautolog. 5. n. 56. 86. Tom. 4. T. 1. D. 2. n. 2. Eleemosyna non

Virgilio inciri.

999

Non est ubi conseruetur, sed ubi numeratur.

Ovven.

est, uti dixi, ubi suscipitur, sed ubi honoratur & cum acceperint pauperes (Salvatoris pedes) elemosyna videtur in cacumine capitis; quippe statim ac in egenos, nudos, miserandos expansa, alis præpetibus ascendit ad superiora: accipit ut muneretur gratisimè Dominus, quod ob eius amorem datur pauperibus. Canit Ovven. lib. 8. Epigram. 73.

Munera ne numerata: miseris quæcūq; dedisti, In cælis numerat, munerat illa Deus.

Caput Christi Deus, qui habet in cælis solum, nec obliviscitur pauperum: elemosynaque pedibus Christi facta, non in pedibus, sed in capite visa; quoniam in mundo videri non quibat, quæ iam in cælum ascenderat: simulatque foti pauperes, qui Salvatoris pedes; alitit ut cælestis regina ad sublimem thronum Numinis. In sideres ignes facta comæ translatio; ut elemosynæ ostenderetur acceptio: igitur in opibus charitatis studium, statim à Deo mirè transferitur in cælum; ut in splendore firmamenti coruscet ex flamma amoris, quasi stelle in perpetuas æternitates. Constellatio, quæ Coma Berenices, effalget ut Thronus Cesaris: quandoquidem gratia in mundo concessa miserabili egeno, munerata decore videtur cælestis Numinis throno.

Impellens nutantibus æera pennis, Iste per atterearum tollens ad volat auras: Quid facient crines, cum ferro talia cedant? Eis ego pro factis cælesti reddita Cæru.

Catull. d. 4 v. 37.

Intendamus in consonam contrarietatem Davidis. Substantia huius sæculi dicuntur opes, quæ ut expendantur pro pauperum sublevanda miseria; erunt quædam substantia sine substantia, quippe tantum divitiarum apparentia. Stylus est Augustini, atque sensus, in Psalm. 38. 8. unde dicit Psalmista: Substantia mea: etenim si non mea, sed fortunæ bona; in felicitate veram, nullam habebunt substantiam: Substantia mea (Numini loquitur) apud te est. Aliter & alibi substantiam suam collocatam edicit, cum asserit: Substantia mea in inferioribus terræ: putat pauperes, qui sepe læpius in terra sunt inferiores. Diversa & dissita planè loca, ut cælum distat à terra. Hic est pauper, ibi Numen. Deus est in cælo, egenus iacet in mundo: ille in gloria, hic in arumna: cælumque & terra iunguntur, ubi pauperes elemosynis veniunt; quoniam assumitur in culmen solum Empyrii substantiam quæ collocatur in inferioribus terræ. Congruit terra elemosynæ, ut fiat: sed minimè præter Deus gratiam

Psalm. 38. 8.

Psalm. 138. 15.

Que factam munda, invenitur in cælo.

concessam acceptat. Iuxta Dei astimatio nem, cælum designat miserentis dignitatem: divitiarumque ius distributas pauperi, allerit Pfates apud Deum in cælis esse; ut videatur ex opibus quanta substantia elemosynæ: igitur cum fursum continuo ascendat, quæ in terra manet, ut fiat; divitiis vidit in cælesti sublimiore throno, quas pauperibus afflicti iam sparserat in mando.

8 Aspulatur sententia Salvatoris, Nolite (dixit asseclis) thesaurizare vobis thesauros in terra. Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Mercator ergo optimus & negotiator egregius; qui distribuit quod non potest retinere; ut sibi recipiat, quod non poterit amittere. Thesaurizare thesauros iubet, sed non in terra; ut sit gazarium substantia, atque utilitatis commoda: igitur si in terra tantum thesauri, opus sanequam inutile: quippe sicine thesauros habebitis, sed non habebitis vobis. Quorsum sollicitum opus, si non conceditur usus? Si vobis in terra felicitas ex thesauris, non vobis erunt, & eritis infelices: siquidem deficiet divitiarum facultas, ex opibus sine ope, ubi maior necessitas: extremumque patet miseræ conditionis, si pauperes ex divitiis.

Quid enim substantia prodest, Quæ servata perit: Quam sideri arce locat à Commodius, qui cedit, habet. Pete creditor inde

Usura maioris opem: gazasque reconde Quod nequeant adversa pati. Alibi thesaurizandum, nimirum versus cælum. Sic thesaurizatis vobis, relictis in terræ inferioribus divitiis, quæ recipiuntur dum dantur; quippe equam vobis & in cælis iam amissæ repeviantur. Verè in commoda thesaurizantur thesauri, qui habentur, si distributi: igitur artius & totius necessitati futuræ servantur, ubi in terra pauperibus non custoditi sparguntur.

Conquirite torum, Et quæsum per damna sequi. Dsmnum & lucrum: Utique, si damnnum commodum: etenim datum habetur, haud alio iure, nisi quia in opibus datur. Non videatur paradoxum.

9 Fraudavit Ananias de pretio Agri, cuius portionem posuit ad pedes Petri: qui illi datus zelo, dixit, dolo cognito: Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate: Apparet implicatio in Petri verbis. Res transit venundata in potestatem emptoris. Quæ ergo lege quibat esse in potestate vendentis: Habere sibi non poterat, quod alteri pretio adixerat. Unde igitur valet haberi in potestate

Matth. 6. à 19.

Quare in utile, in terra thesaurizate; atque pretioris, ex terræ

Arator, d. v. 26

Ibid.

Ex domo divitiarum oritur in crum.

Act. 5. 4

Quando Caritas species non est opus Charitatis

te, quod non habetur: Ex elemosyna, quæ manet, quod egenis distribuitur: in dantisque remanet potestate, quod venditur inopi: quoniam in cælo invenit, quicquid bonum in terra inter pauperes sparsit: siquidem singulari negotiatione elemosynæ; quæ vendita Christo, habentur sub potestate. Datur potestas ad usum, quod est divitiarum commodum. Hoc pauperibus in terra: illud miserantium in gloria: & quod venditum sub potestate in opum, est etiam sub potestate elemosynas largientium; siquidem superius inveniunt in cælis iuxta maiestatem throni, quod emptione collocatum in inferioribus terræ. Ex potestate quidem etiam ex bonis amissis, constat perspicuo thesaurizatum in cælis.

Unde pos sunt, qui in infimo orbe, in cælis thesaurizant Ibid.

Greg. Mag.

Ne fiat elemosyna propter vanitatem.

Toanu. 12. 7. & Matth. 26. 11.

Cap. 25. 40.

Parvoque in tempore linguis, Quod semper vis esse tuum. Si recta intentione fiat, gratia data manens tibi manebat. At dum corumpitur cogitatione degenerans non manet, quippe quam non manet tibi: deturpaturque elemosynæ gratia, quoniam venustus hypocrita, apparet virgo corrupta. Maius ex vanitate committit crimen, dum ostendit sine paupertate pauperem. Quisquis enim super eum fastu se elationis extollit, maiorem culpâ invincens superbiendo peragit, quam ex irrisio elargiendo mercedem: eoque agit, ut seipso deterior fiat, quod se in ingenti proximo meliorem putat. Nudatur, cum nudum vestit. Ita Gregor. Magn. lib. 2. 1. in Job, cap. 14. Chrysolom. in Psalm. 141. Et Imperfectus, Homil. 5. in Math. Apic, assumptus enim à diabolo, thesauro sine commodo, inutili utilitate, ex virtute facta crimine, materia meriti malè meretur, sublimis præcipitur; quoniam in respectu pauperis gratiâ non respicit pauperem, sed amabilis pietatis futilem ostentationem. Est substantia in inferioribus terræ; cæterum sine substantia, neque charitatis forma: etenim sese respicit in sublevatione miseriarum pauperum, abque ullo respectu in Christum.

10 Intelligitur modò, quod in obsequio Magdalenæ prolatum ab ipso. Titulo pauperum sopire cupiebant studij ex amore flammam; dixitque detrahentibus: Sinite illam. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis. Ardum in speciem argumentum obviat; cum ipse dicat: Quandovis fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Si in pauperibus ipse nonnumquam aderit, unde illum in elemosynam non habebunt semper? Præterfectò in pauperibus semper habetur: verum non semper respicitur;

dicitque se non semper præsentem esse; dum in egenos virtus exerecet elemosynæ; quia in materia virtutis deficit virtus, si illius in illa nullus habeatur respectus. Forma elemosynæ pendet à Charitate, quæ Deus est, cuius rãlijs flagrat cor: & qui vanitate ducti, manent in charitatis munere sine charitatis splendore; quoniam in gratia elemosynæ, erga pauperes factæ, nihil fit, quoniam in respectu pauperum minimè respiciunt Deum. Animas bonis æternæ felicitatis privatis, quia me non semper habetis. Me habetis modò, semper autem in egeno, in quo elemosynam suscipio: sed præsentem in illo non habetis, si ducamini flaminibus vanitatis: equidem evanescit meritum, & ex lucro nullum commodum, expellens in actione charitatis amorem; modò succurrens egenis me non habuerit præsentem. Voto vanitatis quisque frustrabitur, vel dum virtutis cæcæ nodosia potitur. Recipiet mercedem suam, non meam. Suam, vanam & vacuum & inanem; exclusus extra interminabilem beatitudinem: atque infelix propria mercede peribit, quia me præterem, cum elem præsentem, non habuit. Utique tunc in terræ inferioribus substantia, sed sine substantiæ forma; & equidem factam & perfectum ridiculâ vanitate, quod fieri congruit ex incrimo Dei amore, ut inveniretur thesauri servati in cælis, quos flammea charitas diviserat inter pauperes.

11 Statuimus in cælis elemosynæ præmium eximium: in meritum maius, demonstrandum etiam charitatis ingenium; uti ait Paulus: ut qui videtur entitate parvus & modicus, arte elemosynæ appareat multus & opimus fructus. Quædam beneficia (inquit Cordubens. Stoicus, 2. Benefic. à cap. 9.) palam danda: quædam secretò. Palam, quæ consequi, gloriosum est. Quæ non producant, nec honestiorem faciunt, sed occurrunt infirmitati, egestati ignominia; tacite danda sunt; ut nota sint solis, quibus profunt. Interdum & ipse qui iuvatur, fallendus est; ut habeat, nec à quo acceperit sciat. Contigit Arcellam (de quo idem cap. 10. & Etasim, Apophthegm. lib. 6. n. 30. Sub pulvino amici verecundi lucellos submittenti; ut indigenas potius inveniret, quam acceperit. Contentus eris te esse (sicut) alioquin, non benefacere desistat, sed videri benefecisse. Auxiliari intendit charitas, dum videtur egestas, infirmitas & fratrum nuditas. Commovet viscera in miserationem, ita ut manus extendatur ad inopem. Sic ergo ad usum divitiarum copia, verum re-

2. Cor. 8. 8.

Senecæ

Quæ charitatis in dicitur est elemosynæ

stat

rat maior gratia; quæ perficitur ingenio charitatis: igitur ita elemosynis elevatur pauperes; ut egentes subsidia accipiant, quasi invenierint, non quasi acciperent.

12 Elucet eiusmodi favoris discrimen & ex subsidio oblectamen, in margaritas quærentæ, atque thesauri inventi felicitate. In utroque invenitur exemplum, ut consequamur gratijs regnum cælorum. Intendite. Simile ergo dicitur homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: inventa autem una pretiosa margarita; abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Etiam præmittitur simile thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet & emit agrum illum. Thesaurus est elemosyna: est etiam pretiosa margarita. Cur igitur de margarita inventa non exprimitur gaudium; sed dumtaxat erga thesaurum absconditum? Quippe absconditus thesaurus, gavisum pectus: etenim est utroque modo grata elemosyna habetur gratior profecto quàm elemosyna absconditur. Egens elemosynam, ut margaritam quærebat: ut thesaurum non quærebat, sed tantum desiderabat. Utrumque invenit: sed de thesauro solummodo gaudet; quia in gratis non ita placent quæ sollicitè inveniantur, sed quæ inveniantur, verum non sollicitantur. Præter gratijs adhæret modus, & gaudium recipientis maius vel minus: gaudium est egeno, capere: maius, dona quæ sita invenire: maior lætitia, si inveniantur, quæ non quærentur: & qui abscondit, ut daret, summum gaudium in suscipiente meditante educit; quia non recipit, ut accipit, sed quasi casu inveniret. Hocine amoris ingenium & elemosynæ studium patuit in Booz erga pauperulam Ruth. Præcepit pueris suis: De vestris manipulis projicite de industria; ut absque rubore colligat. Extrema profecto gratia, ubi illius arte tollitur indigentis verecundia: igitur gratia sanè, sed gratiæ desitit decor; dum dignati uti grati subintrat pudor. Ruth elemosynam quærit, in Booz invenit, sed charitatis ingenio, ut gratia fieret singulari gratiæ studio: igitur non cogitabatur industrie factas quæ facta fuerat de industria. Si acciperet; vel magis habens, erubesceret: de industriaque inbet Booz projici spicas, dum feminam verecundam urget necessitas; ut summitas gratiæ non tam esset in beneficio, quàm in modo: quandoquidem spicis ex proposito proiectis, gratiam elemosynæ obtinet, non quasi acciperet, sed quasi obviam inveniret.

Matth. 13. 44

Elemosyna abscondita, gaudibunda.

Ex industria charitatis gaudibunda. Ruth. 2. 6.

Summa gratia, dum ex eo submoventur recipientis verecundia.

ret. Vigilanter Nostrates: Como que se vitæ, como que est: etenim intenta & obtenta elemosynæ gratia, non quasi inventas sed quasi casu, vel fortuna data. Amover obligationem gratitudinis, qui sinecine studet donis; quippe dignatus sibi tribuit, quod benefactori debet: munificusque de industria egenti succurrit, quasi nil sciret; ut ex modo donum cresceret: e quod proposito factum, accipiens nescit misericordis propositum.

13 Magnificam gratiam signat Siracides. Conclude elemosynam in corde (lansen. In sinu) pauperis: & hac pro te exorabit. Elemosyna in cor pauperis concluditur, ubi ipsa per se cognoscitur, atque tribuens ignoratur: igitur rapit accipitium corda, si cognita gratia; quod ignorantia accipientis extruatur ex industria. Insidiatur, ut rapiat pauperem. Rapit pauperem, dum atrahit eum: siquidem rapitur cor, & è pectore convellitur; quippe nescit à quo rapitur, palam dono, occulta manu, qua industria servitus gratissima cordium: siquidem maius miserentis munus, cum felix dominatus fuerit pauperum. Rapitur cor, si absconditur elemosyna, præ pauperis verecundia. At cur colato dono, non solum absconditum præsignatur; sed in sinu: Dicit Chrysolomus. Ipse qui recipit (inquit Homil. 72. in Matth.) solus conscius sit. Imò si possibile est, nec ipse quidem percipiat, unde erogatum sibi beneficium est. Gratia enim eminenter eximia, dum gratia cognita rapitur pauperis cor, quin cognoscat à quo sit: etenim delectat miserentem benefacere; & pudet, videri benefecisse. Magnum est, abscondere elemosynam in pauperis manu; plus, in sinu. In manu egenus benefactorem cognoscit in sinu, beneficium incuriosus invenit. Quærendum est auxilium pauperis, hand plausus benefactoris: & non solum data elemosyna absconditur, sed in sinu, quæ absconditum esse, à recipiente ignoratur; quia plaris dignatus habet, si habuerit, quasi qui inveniret: qui inveniret cognoscit, quasi qui habere non cognovisset: igitur de industria sit, charitatis ingenio; quod ubi dantis sollicitudo maior, nulla appareat in gratiam sollicitudo. Vernacule: En disponer el descuydo, se pone el maior cuydado. Plus in commodum beneficium effulgerat, si sautus ex industria nesciverit unde veniat.

Ecclesi. 29. 15.

Que elemosyna humanat

Chrysol.

Cognoscat gratia, non clarioris personæ.

Herod. Contra.

14 Dator munerum dicitur Spiritus Sanctus, & Pater pauperum. Ad discipulos

los beneficis venit: verum non dicitur, quò veniret. Plenus adveniat gratijs: & repente de celo sonas tamquam advenientis. Quorsum in entitate, totamquam? In munifici excellentiam: igitur gratia magis placet, dum in manus veniens, venerit, non tamquam ex proposito veniret; sed quasi venerit. Spiritus almus in subsidium pauperum charitatis donat, sed in decorem modificat; quoniam plurimi gratia, modo lateat benefactoris industria. Vividius dialecto nostra: Siempre son de substancia los favores, quando al que los participa le parecen acciendes. Si conferuntur cognoscitur benefactoris officium: si venerint, tantum nota quibus profunt; quippe tributantur fortuna, & non meditata gratia. Unde cum magis arideat inventa in exultationem cordis; sonus de celo crepitat gratiæ tamquam advenientis: quasi qui dator munerum gratiam in dono non daret, sed quasi gratia veniret. Sic gratius egeno

Ad. 2. v. 2.

Unde eximius modus gratiarum

Aracl. 1. 127.

4. Reg. 2.

Pl. 111. 9.

Dentur non moribus sed hominibus.

Ubi sup

Pl. 110. 4.

Ioan. 1. 17. Hodiad. 3.

nat. hic num. 157. Gratia super gratiam. Elemosyna indigentibus sit lege: etiam sit gratia exacta veritate. Diciturque vera non quia fallax gratia, sed quia plena. Est gratia, si datur in pauperis manu: est plena, si collocatur in sinu; quo cognoscitur subsidium, verum later à quo factum. Primum gratia est, sed ingenio maior sit; ubi ad pauperem sublevandam ærummam, obsequio & studio gratia additur super gratiam: etenim si elemosyna altimatur ab inope tamquam gratia; gratior si fuerit occulta. Causa ab eodem innuitur. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Gratia sit, si beneficis cognoscitur ab egeno; ad si gratia cognoscitur, & non ille, erit gratia plenitudo. Ad gratiam propeperat gratitudo pectoris fanti, quoniam in dono census huiusmodi laeri. Si cognoscitur munificus, provocatur pauper in gratitudinis exhibitionem: & data gratia pro gratia, notat gratia plenitudinem; quoniam ita puram gratiam sollicitat, ut pauper elemosynam inveniat, quin grates agat: etenim si gratiæ pro gratia acceptio sunt census ex beneficio; gratia dumtaxat pro gratia, & pretiosus beneficium sine censu. Quapropter hocine ingenio gratia superadditur gratiæ, quia sine gratiæ pensione. Hinc dum à Christo ex throno gloriæ gratia confertur humano generi; dicitur à Paulo: Adeamas cum fiducia ad thronum gratiæ. Modus in auxilium pauperum, gratiæ constituit spectabilem thronum. Gratia elemosyna est, quæ misericordia fit. Altius ascendit, ubi ingenium charitatis manum oculis: à Pauloque thronus gloriæ datur gratiæ: quippequam amplissima gratiæ gloria, quod gratia in pauperes studioso sit occulta.

Que gratia sapient.

Vul. 16

Hæb. 4.

Que gratia gloriæ

Ezech. 1. 8.

Si oratur, gratia gratia.

Auton. Epigram. 81.

17 Similes simus Cherubinis Ezechielis. Manus hominis (dicitur) sub penis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. Quocumque vertebant faciem statim manus & pennæ sunt extense in protectionem. Pennæ & manus, ut elemosyna gloriose rufflet munus: equidem si in gratiam inopum manus benignè extenduntur; alarum plumis manus studio occultantur: & simul munifici pectoris splendet honor, quippe civitatis gratiæ ingenio gratia gratior. His itaque elemosynæ ornamentis.

Gratia grata magis. Plus fructus afferunt arbores, quò profundius in terra occultantur radices. Cum cogitationem nostram ad compatiendum indigenti proximo tendimus (ait Gregor. 12. in

Celeste datum, nova vocis origo. 15 Non secus accidit in dono Elias, in æthera rapti. Eliseus tunc levavit pallium Elias, quod ceciderat ei. Ei pallium insigne donum Elias contulit, & ab æthere dimisit: magnique discipulus gratiam habuit; haudquaquam quia magister demissione dederat, sed quia ceciderat. Dispersit, dedit pauperibus: dicitur de misericordie: an quia acceptor opus gratiæ, dum cognoscitur perire? Dentur ergo elemosynæ non moribus, sed hominibus pauperibus. Quia gratias, quasi grana in terram, inter inopes seminat, non dispergit, sed spargit: & in venustatem elemosynæ, dicitur aptè Dispersit; ut latior pauper; quasi obviantem inveniret. Spicæ de vestris manipulis projicite de industria: dixit, ut vidimus, Booz. Generositatis schema micat, ut elemosynam præ industria pauperitatis colligat: quamdoquidem magnum donum; dum non cogitat beneficium, quasi inveniret proiectum. Hinc Dominus iure plauidit Miserator & misericors, dum eam indigentibus confert. Misericors, quia necessitati succurrit: miserator, quia tribuens gratiam, se abscondit: igitur cum modus gratiæ sit ipsa maior, quia non exerceret pudor; ad sublevandam indigentium miseriam confert gratiam super gratiam.

16 Lex per Moysen data est) dicit Ioannes gratia & veritas per Iesum Christum: hoc est, vera gratia, per Hodiadum, ut diximus Tautolog. 3. D. 1. n. 10. Maldo-

Greg. in Job. cap. 22. Quasi radice deorsum mittimus; ut retributionis fructum superius faciamus. Qui vult facere fructum sursum, nitat radicem deorsum: ut ait Propheta. Sursum gratia invenitur in caelo, ubi videtur, ut non videatur in pauperis sinu. Sunt enim divitiae gloriae, si in terra pauperum radicanatur divitiarum. Ille alius dicebat, apud Senecam (6. Benef. cap. 3.) Hoc habeo quodcumque dedi. Inferitur crisis. O quantum habere potuit, si voluisset! Haec sunt divitiae certa, in quacumque sortis humana levitate, uno loco permansurae. Sanè plus proficiunt, quò maiores fuerint. Martial. 5. Epigram. 43. Quas dederas, solas semper habebis opes. Hinc ubi dixit Elias vidua: Da mihi paululum aquae; Hebr. legit: Accipe. In elemosyna quod datur recipitur: equidem si indigenti distribuitur, Domino commo- datur, 1. Reg. 1. 28. Unguenta enim quæ Christo mulieres afferebant, sibi remanserant. In emolumentum siquidem eadit vel votum, Magdalene, ut vidimus, unguentum effudit; diciturque: ut in diem sepulturae mea servet. Utique servatur, quod in pauperes effunditur. Congregentur ergo pauperes, ut in terris simus caelites. Hæc summa virtutis. Claudian. Panegy. 1. à v. 42. Hic non divitias nigrantibus abdidit antris, Nec tenebris damnavit opes; sed largior imbre, Succoverat innumeras hominum ditare cater- vas. Aviduos intrare inopes, remeare beatos.

DIDASCALIA II.

Caret honore, qui honoris abutitur potestate.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem, cur homines ita præcipites labuntur in ambitionem; cum nonnamquam & anxie quietem inquirant, & ambitu non invenient? An quia vitium? Etiam labor est hominum: ut iniquè agerent, laboraverunt lassari in via iniquitatis & perditionis; & propter saltum & luxum quæ magis difficiles, transeuntes. Sic etsi aliquid haberet dominatio dulcedinis, ut canit Boech. Symbol. 7. Est irrequieta quies: Vix credam tanto vitam superesse dolori. Luditur cerebrum imagine falsa, quæ qui-

Ambitio se non quiet.

Achil. Bocch.

dem inefficax dum apprehensa: igitur fit ab ambitu fortuna queritur (ut felix extra vel ultra levem, lubricam fortunam feratur) quaritur perperam & simul contradictorie à phantasia, ubi inaniter ambitur extra fortunam fortuna. Unde inhiantis necesse cordi; vel ab ambitu quiescere, vel societatis pericula pati. Nulla certa felicitas est (inquit Seneca Rethor. Controvers. 9.) fragilis & caduca felicitas, & omnis fortune blandientis speciosus cum periculo nitor. Sine causa sepe fuit & sine ratione destituit. Hinc Manilius, 4. Astronom. cap. 1. à v. 95. At male consultis prætium est prudètia fallax. Nec fortuna probat causas, sequiturque merentes.

Fortuna bland. 2. tis color, periculo- sus est ni- lor.

M. Sc. nca.

Manil.

Daniel. 7. 14.

Them. Campa- nell.

Cassidia legum honor, amor, & timor.

Genes. 26.

Qui erig- gatur & pulvere, semper oritur.

Sed vaga per cælos nullo discrimine fertur. Ita fortuna ludicra conditio, quomodo quies erit in motu? Huiusmodi ingenium excogitavit ambitio. Potestas aeterna, quæ non auferetur: dicit nostra Tautologia. Potest aeternam deficere? Potest, in humana, ambitiosa conditione; ubi felix sollicitavit vivere sine lege. Sub iugo legis, erat in paradiso aeternitas felicissimæ sortis: ablataque illi aeterna potestas, ubi maioris libertatis à Præside mundi cogitatur auctoritas; quippe vel superior potestas non habet auctoritatem, si Superioris lex sit vivere supra legem. Peribit, qui sui cupit esse iuris; cum esse debeat & sub lege potestatis, & sub potestate legis. Custodia legum (ait Campanella de Hispan. Monarch. cap. 11.) legum honor, amor & timor. Quæritur ambitu maior in superiore dignitatis culmine honor: proprius sanè non legis sollicitatur amor; atque legis præ timore, expellitur timor: quod quidem signum arrogantia & insolentia in blandimenta philantia. Superioris perfundatur timor, legis sepelitur amor, & propter honoris umbram amittitur honor; quoniam potestate timidus ob ampliorem potestatem, felix infeliciter redigitur in miseram servitutem.

Dicit paradisi articulus, quo cum Superiore corruit totum humanum miserabile genus. Conditus est homo ut præsit, & omnibus, uti universorum Princeps, sub levis recinctu legis; ut lege observata, quæ tradita & à Numine potestas esset aeterna: illeque ob præclarum ad amissum imperium; glorioso regimine transferretur in Empyreum. Præsidem omnium se subitò vidit elevatus è pulvere, superiore potestate; & statim tumuit honore peccus, sicut eius qui in maiora è pulvere est elevatus: & sensim turpissimam ingratitude, recedit astu

astu ab auctore; despiciatque vel nihili pendit principatus maiestatem, nisi in potestate se gerit sicut Numen. Diabolus ut præsentit, insidias blandè valet lenocinio struxit; loquens ad cor: Si transgreditur lata lex, Eritis sicut Di. Deus leges quit fulminare, sed nequit esse sub lege: ita diaboli tenduntur insidias; quin seductus cognosceret esse decipitum, dum ultra legem extendebatur dominium: etenim si amplior potestas, quam Superioris intenditur; ambitione pravà amittitur, excusso legis imposte iugo: ut iurè qui potens denudetur principatu; eadem causa qua appetit ulterius progredi sine ulla lege: quippe qui nullam in dignitate habens non observat legem; in dignitatis regimine non se gerit Superiorem. Appositè à Numine imposta gravitas; aut onus legis, ut cognosceretur rationalis Præles orbis: equidem abdicens sine iugo indicem rationis legem; in dominatu Superior procedit ferriolus citra rationem. Esse non potest Superior, si dirigit furor, qui dirigendus in rationis modum: igitur non rationale dominium; dum phreneticus, & impos mentis vanitate Prælatas, abique ulla lege & ratione capite moderari subditos. Quis enim æqui bonique operantur subditi, dum ambit Præles, seductus à dæmone, sine lege ad libitum vivet: Plerique ambiunt, huiusmodi libertatem impensè querunt, & usque in insaniam; ut absolute ac independentis potestatis ostentent formam. Errant, quoniam præcipites cadant; attonito cerebro strepitu potestatis; & tympano crepitantis honoris, quin se inveniunt in huiusmodi libertatis dedecore, usque dum è paradiso dignitatis expulsi: tunc enim cognoscunt, sine legibus regimen, esse & fuisse, & fore denique, dæmonis suggestionem: finem illorum sine honore, & sinciput vacuum; quia traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum.

Cap. 3. v. 5.

Præles remouetur à dignitate, dum cupit esse superius legem.

Tunc felicitatis cognoscit, dum amittit.

Vani Præfates suo in cerebro humani loque.

Verf. 24.

sine lege voluit esse Prælatas: ad placitum etiam vivere, ad libitum regere, nullum præter se cunctis natu principari, haberi tamquam unicus in orbis equi qui Superior, traditur mancipatus servituti: sic dicitur ex his quæ patius, obedientiam in rationalem sublegibus formam: igitur in rationis & orbis cognosceret regimen; vel cum potestate esse necessariam iubeat iocione: & respectu potestatis legis à Numine lata, nullam Superiorem posse superiorem esse. Quantum est hoc regnum, quod Regimus imperat ipsis: Scilicet est aliud, quod nos cogatque regatq; Mater, & in proprias ducat mortalia leges. Modò de huiusmodi insolenti Præsidum potestativa arrogantia, per transiennam; quoniam ex profecto agam, Tautolog. 10. Didasc. 2. Videbis. Referam in patienti, unde eiusmodi evaporatio mentis tam in subditis, quam in Prælati; ut hi tendant subditi in astus embolia, & illi in lenocinij molimina, ac utriusque in propria commoda. Horat. 1. Epist. 16. à v. 40. succinit: Vir bonus est quis: Qui consulta Patrum, qui leges itaque servat: Quo multa magna que secantur iudice litos. Scrutemur in cultum quam viri boni, & boni viri!

In quo in solentia, & quomodo ca figat.

Manil. d. v. 95.

Horat.

Bernard

Comites insolentia dominat. tionis.

Horat.

Itai. 10. 14.

Quid vitio participi- bus vrin cipat.

5 Bernard. Sentent. 49. n. 3. Signat cautè (ne indicetur ex pipe) unde tam vilis & virulenta pellis statui lupreperit perfectionis? A fonte auriferis, in quo deauratur aquis decoris malitia; quæ deinde dividitur in quatuor capita. Hæc sunt (ait) secularis, aulica nequitia, inutilis tristitia, inanis gloria, latens superbia. Idem SS. Benedictus, Regul. S. cap. 65. Aulica futela, in acquisitionem dignitatis: tristitia inutilis, ex fuga felicitis fortis; inanis gloria, ex voto potio custodinis; & latens superbia, ut pateat, ex abusu potestatis. Sic ludunt, & illudantur. Fortuna favo lata negotio, Ludum insolentem ludere perinax, Transmittat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna. Infit qui dudum, lib. 3. Od. 29. à v. 49. Mutò se fricant, se ut destruant, vicissim laeant, & adinstar Lamiarum mamma nudant, ac si spiritui verriginis, quo stultescunt dominantescerent cum se fuaque tantum in regimine respiciant; capus rotant, & pro ratiocinijs, quin se intelligant, despiciunt blaterant. Vi vidè Noltrates: Dans le cabozadas por sus ideas y con tratos disparates, se conoce, que dan por las paredes. Rrr Et.

litas eius, iudicia rescissa, suppositos aut etiam palam immutatos decretorum officiorum codicillos, Turpe facinus & audax, ceterum proprium nepotum qui ex precaria auctoritate Principem indicabant stolidum atque fatuum. Unde Tacitus, 12. *Annal.* cap. 3. inquit Nihil arduum in animo Principis stupidi, cui non iudicium, non odium erat, nisi indita & iussa. Cavet Cleomenes, qui (ut in eo refert Plutarch.) eum Rex simul dicit & haberi vellet; haud usus scribis & ministris, qui diu multumque rogati, vix tandem per literas respondere dignantur: sed ipse sese ultro venientibus aderat: peccantibus comiter benignèque respondens, summam humanitate loqui & audire paratus. Propter huiusmodi nepotum insolentem audaciam Dynastis Theodoricus prescribit prudenter regiminis formam. *Refugite* (inquit apud Casiodor. d. 1. *Epist.* 30.) tales familiares, qui sint iniuriarum ministri qui bonori vestro nitantur adscribere, quod delinquant: & dum levitates suas asserere cupiunt, vestram reverentiam implicare contendant. Vos enim quos semper gravitas decet, nolite truculenter persequi inania: legum ratione calcata desperare persequitur innoxios servilis furor armatus. Hec & alia incommoda, dum imagines Praesidum dedicantur in figuris, quia elevantur in statuas, derogantes auctoritati Praesidis, ex eius turpi abusu auctoritatis, captantes in adoratione censum, & cuncta prave disponentes ad lubitum: igitur licet iusta æquaque à Praeside disponantur; faciunt semper (ut nepotes) quicquid volunt. In dedecus dominantis sufficiuntur effigies; ut possint inhabiles xenijs per adorationem ingredi, & merita vacare à vacuis statuis egredi: quin hincant labia, nec audiatur verbum; quoniam vel turpe Praesidis, rumpantur licet, adorabunt simulacrum. Non enim in cum inrendunt, sed in eius imaginem; igitur tunc mirantur Superiorem Superiorem.

12. *Cadentes adorare statnam*: dicit furiosè Nabuchus. *Cadentes* æquivocum est: & significat ruinam sine fulcro casum; & adorationis modum. Si cadentes, & prohi in fatalem ruinam, *adorate statnam*. Imago est Principis, ad cuius speciem commovetur orbis. Illa efficiet, ne cadentes cadatis: igitur si lapsus ex flagitioso crimine ubi aspectus statuarum, crimina nullius momenti: imò concitabant amissam in honorem auctoritatem, per statuarum ridiculæ adorationem, in obsequium stupidi ex potestate Principis, quia in ille representatio

Tacit.

Plurarch.

Casiod.

Verè do-
minis do-
minatur

Verf. 5.

Eorū fr-
de regen-
tium di-
solurum
dominii.

totias regie potestatis: & qui uti turpem renuerit adorationem; mittetur statim in ignivomam fornacem. Hoc effugium patet sceleri, quo necessarium iusticie fulmine cadere. Unde si in sospiratè dedicata imago micat; ne cadens cadat adorati: etenim in comoda abiecit etiam adorari debet; quicquid furiosus Princeps læta phantasia somniaverit, vel vigilantè placuerit. Quæ sententia Nabuchi, fuit etiam diaboli. Assumpsit Christum in montem excelsum valde, ut ostenderet gloriam apparentem mundi; dixitque illi: *Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*. Frequens diaboli assumptio, peccatoris ambitus: in culmen assumpsit elevat; sed ut elevatus daret, & precipitem alidat. *Tibi dabo quicquid visis: si cadens adoraveris me*. Signat eorum diabolicum conamen, præ potestate quærentium adorationem: equidem ut concilietur in venerationem gratia; omnia nihil & promissa omnia.

Pollicitis dices quilibet esse potest.

13. Pende (dum dæmon impellit assumptos in vanitatem) adorationis astu instructæ, conditionem. *Si cadens adoraveris me*. Quorsum dicit *Me*, in adoratione fuit Omnia daturum promiserat, & in adoratione de adoratione dabit; callens hominum ambitionem, respicientium vel à longè dignitatem: etenim cum intuitus adorationis sit in comoda; & non adoratur persona conferentis, sed promissa. *Cadens, & adoraveris me*: Uti que: quis sic iacens, numquam adorant ex corde. *Si cadens adoraveris me*. Curvitas corporis non est adoratio; sed exterius adorationis signum. Qui dicit *Me*, cultum sollicitat verum: dicitque simul *cadens*; quoniam in diabolicè tumidos, adorationis signum amplioris æstimationis: si quidem cum pompa exteriori studeat & adorati, & qui adorant; in ambitu celsitudinis promissæ & adorationis, pluris habent ostentationem pompaticam potestatis. Denique. *Si cadens adoraveris me*: dicit dæmon. Quis auderet nisi cadens? Obijciuntur ambitiosi in nefas quodque projecti; ne ab assumptione cadant, vel cadentes, adoratione furgent: quandoquidem ne manus evanescat, vel in optaram muneri erectionem; adorabunt etiam dæmonem.

14. Quid è tot emboljis? Tricæ. Qui potens, quod diabolus, facti: post adorationem adorantibus illudit. *Cum sibi flagitiorum nihil non permisisset* (ait Lamprid. de Heliogabalo, ex quo Erasmus in *Apothegm.* lib. 6. n. 6.) elatus tanto rerum successu; dicere solebat: *Neminem Principum*

Math. 4. 9.

Ovid.

Falsiss. fectatur dignitatem, non auctore.

Ministri caventur summe adorationis specie

Et ambitiosi propter dignitatem, adorabunt dæmonem.

Læprid. Heliogabalo, qui sibi dicitur dæmonem.

pum ante ipsum scisse, quid sibi liceret. Sic cine in summa potestate cum actu, universi adultores patent ludibrio: & dum meditata feliciter dolis, Principis cadunt in sinum; qui blandiebantur dignitati, exponuntur in opprobrium. *Callidas* (inquit Seneca. 1. *Benef.* cap. 8.) non difficilem aditum præbet inmodica petentibus & cupientibus; spesque improbas, nihil re adiuturus, verbis fovet. Peior, qui lingua asper, vultu gravis, cum invidia fortunam suam explicat. *Colunt enim detestanturque felicem: & si poterint: eadem facturi, odere facientem*. Se vicissim fallunt, vicelque opportunitate rependunt. Utrosque pingit Hieronymus. *Sibi sciolis* (ait, *Epist.* 4.) pompæ feroculis similes, procedunt in publicum, ut caninam exercere facundiam. *Alijs sublati in altum humeris, & intra se nescio quid cornicantes, suspentibusque in terram oculis, iumentia verba trutinantur: ut si præconem addideris putei incedere præfeturam: Ne credas laudatoribus, imò irrisoribus aurem ne libenter accomodes: qui cum te adulatio-nibus foverint, & quodammodo impostem mentis effecerint; si subitò respexeris, aut ciconiarum depredentes post te colla curvari, aut manu auricularis agitari asini, aut æstuantem canis protenas linguam. Lege Dialogi Ravijij Textor. tit. *Duo Thyraones, & Comediam, Moria*. En indissolubilis fide constant amicitia, & amoris mutui studia, versipelliter usa, sed ambitionis ac potentie obæccatione non cognita. Necdum scenæ sponsum aperui, quia protrahitur Didascalia: verum faciam in sequente. Infamatis ambitiose:*

Et cogeri voti nescius esse tui:

DIDASCALIA III.

Quantã molimina Praesidis, in ampliore libertatem dominationis:

NONnumquam qui in honoris fastigium dignè vel indignè assumitur, ut prodigium ac decus dignitatis, specabilis & plauditur & applauditur; quoniam subditorum singulis blanditur mulcimen cogitationum, fore sibi præclarè, magnoperè benemeritum: etenim licet præcedens cognoscat calamitatum depulso, felicitatis inventor,

Successore novo vincitur omnis amor;

Senec.

Embo-
lion ado-
rationis
& adora-
torum.

Hiero-
nym.

Ovid. 1.
de Art. V.
66.

Cur Pra-
ses ingre-
dient ut-
cumque
plaudit-
tur?

Ovid. 1.
Remed.
v. 66.

Quantvis Tiberium Caius, hunc Claudius, Claudiumque Nero sequatur: præmittit enim commendationem novitas, ac æstimationem ipsa ab electo dedecoranda dignitas. *Nihil dignitate dignus*: ait Valer. Maximus, lib. 3. cap. 7. n. 1. quapropter à multis pro meritis sollicitatur dignitatis auctoritas; quoniam indignorum micritia dumtaxat dignitas. Cognoscitur aliquando successore pravis: verum nihil ipsa dignitate dignus: & assumptio in thronum maximoperè extollitur, vel plausum mereatur vel non mereatur, quippe unusquisque accipit, præut spes pingit, & commoda concipit.

Mitissima fors est Regnorum sub Rege novo.

Canit Lucan. 8. *Pharsal.* v. 452. De comitis inquit Claud. Dario. in *Princip.* *Astrolog.* 5. haud immèdiatè malevolum, seu malignum manifestare influxum; sed post triennium vel quadriennium. Stupent homines ad illorum ortum, cum videant terros vapores lucidè elevari fursum. Haud secus in multorum assumptione ex conditione cometa: assumptio lucida plauditur, verum influxus absconditur, etenim an bonus, vel malignus, non cognoscitur in ortu, sed in exitu.

Talia significant Incentes sepe cometa: Subsistit, pariterque cadunt fulgè cometa. Plausum dumtaxat meruit, cuius in cursu stella facè ducens magna cum luce occurrit.

2. Sicine totius cursus illustratio splendet mirè in Assertore N. Cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam: ait Lucas, cui Dominus benignè statim lumen concessit. *Confestim vidit.* Aliter refert Matthæus: *Egredientibus illis ab Iericho: ecce duo cæci sedentes secus viam: Jesus tetigit oculos eorum, & confestim viderunt.* Unde duorum illuminatio, si unitantum claritatis oculorum restitutio? Proccesit Archiatere ecclesie de claritate in claritatem, & illuxit ad illuminationem. Unum miraculosè videre fecit, cum Ierichum intraret: duo cum egredientes exiret. Exemplar obijciunt in Superiorum procellus, dum ægros visitant subditos; unde meritò concilietur in dignitate plausus, præclaris gestis: igitur iure plausibilis, quicquid ingrediens miracula patrat; & egrediens mirabiliter multiplicat. *Vernacule: Digno es, que se celebre por asombrò, un Superior, que hace milagros al salir, como al entrar: y aun mudandose los tiempos, con el tiempo multiplica los milagros.* In Sole posuit tabernaculum suum. Si umbra pro-

Valer. Max.

Lucan.

Cur co-
meta tunc
æstuat?

Manil. v.
Astr. 10.
à v. 192

Luc. 18.
35. v. 43.

Math. 20. 30. v. 34.

Qui Pra-
ses spe-
tabilit?